



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. I. Quas poenas incurrant alienantes bona Ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

- locorum piorum possint facere com-
promissum .
- 16 An alienans particulas reliquia-
rum incurrat pœnas d. extrau.
- 17 Res alienata nullo restituto pre-
tium ad Ecclesiam reuertuntur .
- 18 Datur emptori contra malè alie-
nantem, & eius heredes actio ad
pretium, & interesse.
- 19 Declaratur, quando emptor est
bona fidei, secus si mala fidei.
- 20 Emptor recursum habet contra
Ecclesiam quatenus est effecta
locupletior .
- 21 Mala fidei emptor debet fructus
perceptos in pretium compensa-
re .
- 22 Rector ipse, qui malè alienauit,
potest alienationem tamquam nullam
reuocare, ac bona repetere .
- 23 Alienatio ecclesie damnosa potest
reuocari etiam si præcesserint solē-
nitates .
- 24 Alienatio est nulla volente Eccle-
sia, secus si Ecclesia velit stare
alienationi .
- 25 Idem dicitur in minore .
- 26 Impetrato assensu apostolico ca-
tera solemnitates iuris non sunt
necessariae .
- 27 Ecclesia potest pœnitere ante im-
petratum assensum Papæ, nō au-
tem post illum obtentum .
- 28 Per d. Extrau. non prohibetur
alienatio ex causa necessaria .
- 29 Bona Ecclesie non possunt alienari
pro debito, quod solui potest ex
fructibus .
- 30 An contrahens cum Ecclesia te-
neatur esse sollicitus de versione,
& num. 31. & 32 .
- 33 Versio an ex confessione Prælati
probetur .
- 34 Alienatio facta pro extinguendo
censu dicitur facta causa utilita-
tis, non necessitatis .
- 35 An d. extrau. sit vsu recepta .
- 36 In dubio præsumitur vsu rece-
pta .
- 37 An Confessarius, & Iudex sequi
debeant in hoc consuetudinem
loci .
- 38 Doctoribus affirmantibus legem
esse receptam, alijs verò neganti-
bus, an possit quis tuta conscien-
tia negantium sententiam sequi .
- 39 Per lapsum 30. annorum præsu-
mitur beneplacitum apostolicum .
- 40 Hæc conclusio declaratur, & li-
mitatur .
- 41 Ultra lapsum temporis requiri-
tur obseruantia continuata per
spatium 30. annorum .
- 42 Non currit præscriptio à tempore
Rectoris malè alienantis, neq. post
illius mortem, nisi data scientia
Successoris .
- 43 Aduersus præscriptionem datur
Ecclesie restitutio .

CAP. IV.

De Alienatione rerum
Ecclesie .

S. I.

Quas pœnas incurrant alienantes
bona Ecclesia .

ALIENATIO rerū
Ecclesie utroque
iure Cæsareo vide-
licet, & Canonico
semper fuit prohi-
bita, et constat ex Liubemus 2. &
E in

in *Auth. hoc inus porrectum C. de Sacros. Eccles. & in lib. Decret. 12. q. 2. per tot. presertim in cap. sine exceptione, & in lib. Decretalium in tit. De reb. Eccl. aliena. vel non. precipue in cap. nulli, & in eod. tit. in 6. ut obseruat etiam Quaran. in ver. Alienatio rerum Ecclesie in principio. & hodie attenditur precipue constitutio Pauli II. qua incip. Ambitiose relata inter extran. commun. sub tit. de Reb. Eccles. non alien. vbi alienantes bona Ecclesie immobilia, vel mobilia pretiosa sine beneplacito sedis Apostolicae excommunicantur, ac priuantur eo ipso beneficijs, quoru bona alienarunt: illi etiam, qui res alienatas receperint, excommunicationi subiiciuntur, & contractus ipse nullus, & inualidus declaratur. Regulares vero vltra prefatas penas incurrunt etiam ipso facto priuationem vocis actiue, & passiuę, ac perpetuam inhabilitatem ad illam in posteru obtinendam sublata etiam Generali, & Proceptori illam moderandi, aut relaxandi facultate ex decreto Sac. Congregationis iussu Urbani VIII. edito sub die 7. Septembris 1624. prout refert Bonacin. in tract. de Alienat. honor. Eccles. disp. 2. q. vn. pun. 1. num. 8.*

§. II.

Quid veniat nomine pretiosorum mobilium.

R Esp. quod veniunt vasa argentea, vestes pretiosę, quę diutius seruari possunt, Grex ouium armentum Bouum, pręsepi um

equorum Rico. in Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 58. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. num. 39. item arbores fructiferę, & his similia. Nau. conf. 7. de Reb. Eccles. alien. vel non. Bonacin. loco cit. disp. 2. q. vn. pun. 2. nu. 8. Quare vendi quidem possunt Agni, Arietes, Hirci, Hędi, & Vituli, non tamen potest alienari totus Grex sine solemnitate Vulp. in Prax. Iudic. cap. 6. n. 8. Dicit tamen Ricc. in Prax. vt supra par. 1. ref. 631. quod huiusmodi pretiosa mobilia absque assensu Apostolico possunt alienari, quando illorum pretium conuertitur in fabricam eiusdem Ecclesie.

§. III.

An dispositio d. extran. Ambitiose procedat in rebus donatis, vel legatis alicui Ecclesie cum expressa conditione, vt illas Ecclesia possit ad libitum alienare.

R Esp. affirmatiue, quia hęc conditio tamquam illicita reijcitur cap. tua nobis de Testamen. Vulp. in Prax. iudic. cap. 6. num. 35. Barbof. d. par. 3. alleg. 95. numer. 70. quod intellige, quando donantur, vel legantur ecclesie incapaci, secus si incapaci, quę non potest retinere in communi, quales sunt fratres Sancti Francisci de obseruantia, quia tunc possunt bona huiusmodi alienari sine solemnitate, & pretium in vtilitatem Ecclesie conuerti, etiamsi in tali legato facto incapaci caueatur quod